

1439.

Membrane 2—cont.

The like to the escheators in the following counties:—

Southampton and Wilts.	Somerset and Dorset.
Oxford and Berks.	Devon and Cornwall.
Bedford and Buckingham.	Kent and Middlesex.
Norfolk and Suffolk.	Northampton and Rutland.
Cambridge and Huntingdon.	Lincoln.
Essex and Hertford.	

And to Stephen Broun, mayor of London, escheator in that city.

Writ *de intendendo* to the tenants of the priory.

Grant to John Water, groom of the chamber, of the 'wodewardship' of Nancon with 'le Raglarship' of Ughappe, co. Carnarvon, 'le Ringilship' of Kemitemaigne and 'le Ringilship' of Karus, Northorp and Llanvassa, co. Flint [*entry unfinished*].

*Vacated because otherwise in the sixteenth year.*

1438.

MEMBRANE 1.

Nov. 21.  
Westminster.

*Inspecimus* and confirmation, by advice and assent of the lords spiritual and temporal in the Parliament held at Westminster in the king's first year, to the prioress and nuns of St. Mary's, Wix, of the following:—

(1) A charter of Henry I. as follows:—*II. rex Anglorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis, Francis et Anglis, salutem. Sciatis quod Walterus Mascherellus et Alexander filius (sic) ejus, petitione Edithe sororis sue, necnon divino ammoniti instinctu, pro salute anime sue et remedio peccatorum suorum dederunt et concesserunt Deo et sacris monialibus ecclesiam suam de Sancta Maria de Wika ad instituendam et tenendam in ipsa ecclesia imperpetuum religionem sanctimonialium. Preterea ipsi prefati Walterus et Alexander dederunt et concesserunt eis in elemosinam duas carucatas terre in dominico et vij. villanos in villa de Wyke, cum gardino suo et omni mansione sua, que fuerunt patris sui circa ipsam ecclesiam, et in villa de Fratinges x. solidatas terre quas Alwinus, Werewardus et Godhugo tenent, et insulam de Sirichisheie et decimam de Purleia. Hanc autem donationem et terram quam Adam, clericus meus, tenuit in manerio meo de Hyntlesham cum omnibus pertinenciis suis, scilicet in molendinis, pasturis et pratis et omnibus aliis, reddendo inde xxj. solidos per annum pro omni servicio seculari, et terram que fuit Haldene tenendam de soca et de hundredo per duos solidos et quinque denarios et obolum reddendos per annum pro omni servicio seculari, concedo et confirmo et regia auctoritate in perpetuum elemosinam corroboro. Suscipio etiam prefatam ecclesiam cum omnibus pertinenciis suis in manu mea et propria proteccionem et tutela mea. Quare volo et precipio quod prefate moniales bene et in pace, libere, honorifice et quiete teneant cum soca et sacca et thol et tham et infangenethif. Concedo et confirmo quicquid eis in elemosinam datum est vel in futuro dabitur in terris, in villis, in ecclesiis, in hominibus, in redditibus, in omnibus rebus, in burgo et extra, et omnia tenementa sua et homines sui quieti sint de omnibus querelis et placitis, de sira, de hundredo, de danegeldo, de blodwite, de gairwithe, de teloneo, de hidagio, de pontagio et passagio, de lastagio, de stallagio, de murdro et latrocinio, et de omni alia consuetudine; et concedo quod omnes homines [*habeant omnes*]*